rum suorum generaliter omnium hereditariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuniariarum, nec non auri, argenti, clenodiorum, vnionum, margaretarum, vestium, vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum pecudum, equorum equirorum ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae, dedit dotavit dotalitavit inscripsit et reformavit, prout dat dotat, dotalitat, inscribit et reformat praesentibus per ipsam Nobilem Evam Kropiwnicka sui Recognoscentis Consortem legitimam, et ipsius Posteros, eandem medietatem Bonorum suorum generaliter omnium cum vniversis ipsis vtilitatibus et vsufructibus competentiisque et praerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi illisque quiete et pacifice vtifruendi ac ad vsus suos et suorum Successorum quovis beneplacita libere et effectualiter convertendi, Vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et deinceps in Regno Poloniae observari solitarum.

Kulczycka Kropiwnickie[u] obligat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus, Nobilis Nastasia Kulczyczka Nobilis olim Nicolai Kulczycki Seniutkow Consortis legitima, derelicta Vidua, sana mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam, libere, publice, ac per expressum Recognovit. Quia ipsa Bona Iuribus suis subiecta, videlicet certam sortem agri pod Zdenkiem incipiendo od Łanu, vsque do granice 760

1898

Radylowskiey in longitudinem se se protendens in Bonis Villae Kulczyce Terra vero et Districtu praesenti Premysliensi iacens et consistens, cum omni praemissorum Iure, dominio, proprietate, titulo que obligatorio, cumque omnibus et singulis eorundem Bonorum Sortis praefatae utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter universis, nihil ex praemissis Iuris Dominii, proprietatis, ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente, suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum latae, longe, circumferentialiterque, prout eadem Bona Sortis praedictae ipsamet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat, ipsamque concernebant ac eidem legitime serviebant, Iam ex nunc et de facto, Nobili Andreae Kropiwnicki Bytoczaki eiusque Posteris in summa Triginta Florenorum Polonicalium, iam per se Recognoscentem levata et percepta de qua praesentibus quietatur hinc et ab Actu praesenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio proxime et immediate venturi incadens, et inde fecit pro tunc eorundem Bonorum Sortis memoratae exemptionis summaque supra scriptae Triginta Florenorum Polonicalium totalis et integrae alio persolutionis ex tunc de Triennio ad Triennium Festo ad Festum, pro simili die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli se se determinans, Trienniis et Festis se continue et immediate sequentibus, usque ad exemptionem Bonorum eorundem, summaeque memoratae totalis et integrae, realem et effectivam persolutionem obligavit, inscripsit, et inuadiavit, prout obligat, inscribit et inuadiat praesentibus; Insuper quidem Bona Sortis memoratae praefatae summa praesentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata, iam ex nunc et de facto eadem Recognoscens,

Nobilis Nastasia Kulczycka præfato Nobili Ihchonio Kropiwnicki Bytczak obligatario suo, eiusque Posteris coram Officio præsenti, dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamque Possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem, et Nobiles duos die quacunque volueint officiose acceptandam. per ipsum obligatarium suum ipsiusque Posteros, hæc eadem Bona, præmissaque omnia præsentibus inuadiata cum vniuersis eorum Vtilitatibus et vsufructibus attinentiisque et pertinentiis generaliter omnibus tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice vtifruendi. ac ad vsus suos suorumque successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi modo ac Iure obligatorio. Debetque et tenebitur memorata Recognoscens Nobilis Nastasia Kulczycka, prout se, ac suos successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis eidem suprascripto Nobili Ihchonio Kropiwnicki Bytczak obligatario suo inscribit et obligat præsentibus, ipsum et eius successores in dictis Bonis præmissisque omnibus præsentibus per se Recognoscentem inuadiatis et ratione eorundem omnium ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunque Personarum cuiusuis conditionis status et sexus licet existentium eximenda, in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, euincere, intercedere, et liberare indemnemque cum Posteris reddere, nec non hæc eadem Bona præmissaque omnia præsentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super præmissa omnia modo quouis cuicunque Personarum factis et faciendis, item etiam a quibusuis Citationibus super eas

Bona supraſcripta modo quocunque importatis et importan-
dis, Lucris denique et Perlucris, Proventibusque Iuris quibusvis
in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quo-
vis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis ac super
praemissis omnibus per praesentes obligatis, perductis et per-
ducendis emundare et eliberare, mundaque et libera sem-
per facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio
praesenti admissam in fundo Bonorum praefatorum praesen-
tibus impignoratorum, dum per Ministerialem competentem
et Nobiles duos offerre requiretur, non denegare, imo de-
bebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter ad-
mittere, dataque et admissa eadem, Possessionem et
usum fructum praemissorum omnium praesentibus impigna-
ratorum quovis modo tam per se, quam per suas quasvis
submissas et subordinatas personas non impedire nec adi-
mere, ipsumque obligatarium suum et illius Posteros in prae-
missis omnibus per praesentes obligatis nullo modo inturba-
ri, ita ut haec eadem Bona praemissaque omnia praesenti-
bus impignorata idem obligatarius suus cum suis Posteris
quiete et pacifice, praesentis Inscriptionis obligatoriae
vigore tenere, habere, et possidere queat, illisque uti frui
possit usque ad exemptionem Bonorum eorundem sum-
maeque memoratae totalis et integrae realem et effecti-
vam persolutionem: Idque sub vadio simili summae
Triginta Florenorum Polonicalium per eandem Recogno-
scentem Nobilem Nastasiam Kulczycka, vel eius Suc-
cessores suprascripto Nobili Ihrehorio Kropiwni-
cki Bytczak obligatario suo, vel eius Posteris, ob non
completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte
quam in toto, toties quoties opus fuerit, ad solvendum suc-
cumbendo. Pro quo quidem vadio, modo praemisso.

ad solvendum succubito, ac pro reliqua principali ex prae-
missis non completa complenda, citata existens memorata
Recognoscens Nobilis Anastasia Kulczycka vel eius suc-
cessores, ad instantiam suprascripti Nobilis Gregorii
Kropiwnicki Byszczak obligatarii sui, vel eius Postero-
rum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Pre-
mysliense extunc recessu suprascripto, quo ad responden-
dum spectat mediante semper in primo Citationis Ter-
mino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respon-
dere, Vadium praefatum luere Inscriptori praesenti sa-
tisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, se-
que ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat
praesentibus, item Terminum primum peremptorium, et alios
omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos sem-
per peremptorios extra infirmitate, pro maiori, mino-
rennitate, Successionum, legatione intra vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta, ad Evictorem, vel aliis
quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differen-
do, ad quietationem praeterea utriusque Officii prae-
fati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos
Dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones, Ap-
pellationes, ad evasiones prosecutiones faciendo, ac praemissa
omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Quaestionibus Sus-
pensionibus, fatalis Juris, praescriptione Terrestri, bello,
Convocationeque, ac aliis omnibus Juris remediis et de-
fensis non subterfugiendo nec modo aliquo nisi eva-
dendo. Hac sua praesenti personali Recognitione
ad praemissa omnia mediante.

Blazowscy fratri suo cedunt 169

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi